



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Avdomarvs Ep. 9. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

9. Sept. Natæ VIRGINIS die, peculiaris eidem coctus ena-
 scitur, Artingi primò is loci antistitis, tum Inno-
 cent. IV. Pont. Max auctoritate probatus: cumque
 stipem colligentes infantes facundo miraculo *Ser-
 vos VIRGINIS* clamitarent, id hodieque scilicet
 nomen ferunt. Iam incrementa ordinis promisit vi-
 tis, que sub vernum tempus sata, mox DOMINA
 luce (quâ Salutatam ab Angelo colimus) & florem
 & gemmam adeoque uvam exhibuit. Sed & vestes
 servis suis Deipara obtulit pullas, quibus & FI-
 LIUM patientem & viduam MATREM iugerent.
 BONFILIO deinde ad pileum voce cælesti evocato
 testimonium sanctitatis in vultu splendor, in toto
 corpore odor dixerunt, & iusta hominibus per-
 mixti Cælices illis verbis cecinerunt; *Subvenite
 Sancti DEI, & exaudite.* Tales exequias *servi
 VIRGINIS* merentur, alias sperate qui liberti, qui li-
 bertini amatis audire. *Ex Ordin. ipsius monum.*

*Considera quanta sit dignitas nostra, quanta-
 que nobis proportio sit cum Mariâ: Conceptit Maria
 Christum in carne, deferimus & nos illum in men-
 te. Reficiebat Maria Christum, cum teneris labris
 lac exprimeret uberum, reficimus & nos variis bono-
 rum deliciis operum. S. Pet. Dam. serm. 2. de Nativ.
 B.V.*

S. AVDOMARVS EP. 9. Septembris.

Cœpit AVDOMARVS tunc vivere, cum desit
 mater; quando nimirum à morte hujus cum
 patre mori mundo inter Ascetas œcepit. Iucun-
 dum credo videre cælo erat, patrem unâ & filium
 in eadem virtutis scholâ discere, miraculo cõ-
 majori, quòd ad hanc filius patrem duxerat. Quid
 jam mirum, si mira alia quàm plurima patravit
 AVDOMARVS, si radiare è ligno crucem, si exsur-
 gere

gere è lectulis ægros, è vinculis captivos iussit. Nos duo tantum scribemus, quorum pueri unum, alterum bis pueri senes legant. Episcopus jam Morinensis adolescenti interdixerat, ne cymba in aquis luderet. Risit ille, & lusit. Sed inobsequentem venti fluctusque in altum, inde è Gallia in Saxoniam usque eiecerunt, & ut contra immo-gerum conjurasse cum aquis terram agnosceret, latrones in littore venientem præstolabantur. Quid ageret sine velis, sine remis puer nauta? Nempe remi preces, vela divi apud DEVM AVDOMARI merita fuerunt. His ille in patrium portum invehens, nauulum Navarcho suo obsequium dehinc perfolvit. Hic cum amissos senio oculos ad D. Vedasti tumulum recepisset, mox facti poenitens cum non videret, an ex re animi esset videre, precatus est DEVM, iterum eriperet, si noceret, lumen. Eripait, & in caelum abituro duces Angelos misit. Ibi ille cæcus nunc DEVM videt. *Ex Surio.*

Indue te, quæso, veste innocentia, orna te quasi veste polymita varietate virtutum, & qui te dei annulo subarrharit, in te odorare latetur aroma gratiarum. S. Bern. de char. cap. 31.

S. SALVIVS EPISC. 10. Septembris.

Merito hodie plaudimus SALVIO, qui bellè omnes personas egit in eadem vita: fabulò Iudex, Monachus, Abbas, Episcopus. Et ne eventus sive Comicos, sive Tragicos desideres, bis vivus, bis mortuus. Unicam scenam spectat. Concluserat, cum Abbatem exuisset, angustà cellà sese. Sed natus celo animus libertatem morte quasi-vic reperitque. Iam extulerant mortuum, iam tumulo inferebant, cum è ferali capulo se tollens simul